

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6594

Autre(s) référence(s) : Bates 142

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1067-1083]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, notifie l'accord conclu entre l'abbaye de la Trinité de Fécamp et le comte Roger de Montgomery, avec l'accord de l'abbé Durand de Troarn, au sujet de la route nommée La Ramée.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, p. 364-365, preuves n° VI.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 142, p. 472-473.

Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 183a.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 472).

Texte établi d'après b

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ego Willelmus Dei misericordia rex Anglorum et dux Normannorum firmo et corrobore signo et auctoritate mee coniugis et prolis hanc cartam sancte Trinitatis in qua habetur conscripta conventio, immo concordia, de restitutione cuiusdam vie que Ramata dicitur, inter abbatiam Fiscannensem et Rogerium comitem de Monte Gomerico, consensu quidem et concessione domni Durandi Troarcensis abbatis et monachorum eius. Inter Troarcium igitur et Argentias ibi in marisco quedam via habebatur ab antiquo, que ab antiquis Ramata, ut diximus antea, vocabatur, et fortasse ideo Ramata quia ramis et arundinea congerie tantummodo texebatur. Siquidem, qualiscunque foret, sufficiebat viatoribus et asinis oneratis per eam de die in diem venientibus ad molendinos abbatis Fiscannensis. Verumtamen per accessum temporis contigit quod predictus comes Rogerius ibidem secus viam Ramatam stagnum cum molendino novo ediderit. Porro stagnum istum adeo retentam aquam succrescere coegit, ut viam sepredictam inundatione sui in profundum demergeret, ut vel sic abbatie Fiscanni molendinorum suorum usumfructum aliquandiu amitterit. Quod monachi egre ferentes nostri ministerii presidium petierunt ut eis damnum huiusmodi iniuste patientibus misericorditer subvenirem. Itaque

ad terminum et locum, quando et mihi placuit, convocato sepedicto Rogerio comite et nichilominus Durando, Troarcensi abbate, de cetero vero domno Mauro monacho legato, Fiscannensis ecclesie, qui etiam tunc temporis preerat ipsius loci obediente, in presentia nonnullorum fidelium meorum, satis rationabiliter providens utriusque ecclesie, statuimus concorditer ut de abbacia Fiscannensi darentur Rogerio comiti lxxx libre, eo tenore quidem ut impetraret apud abbatem Durandum et monachos eius ibi prope supra viam dimersam aliam quandam viam bonam construi et de monte lapidoso, qui ibi est, et talem etiam viam que sufficiat non solum viatoribus et asinis, sed carris et ceteris vehiculis. Me presente, me audiente, me vidente, requisitum est hoc et impetratum. Per me hoc factum est. Volo, precipio, obtestor ut indissolubiliter duret. Signo et confirmo hoc scriptum sancte Trinitatis caractere sancte crucis.

Signum regis Willelmi +. Signum Mathildis regine +. Signum Rotberti consulis +. Signum Rogerii comitis +. Signum Rotberti filii Rogerii comitis +. Signum Bernardi Ospaci +. Testes sunt hii, Ivelinus, Hugo presbiter Heldechinvilla.